



**Der Bibliothek der
Vereinigten Friedrichs-Universität
Halle-Wittenberg
geschenkt von**

Frau Marie Conrad aus
dem Nachlass des Bibliotheksrats
Dr. Gustav Conrad.

19



PROPRIMUM
MISSALIS RATISBONENSIS,
UNA CUM FESTIS NOVIS
JUSSU & AUTHORITY
REVERENDISSIMI AC CELSISSIMI
DOMINI DOMINI
JOSEPHI CONRADI,
EPISCOPI FRISINGENSIS ET RATISBONENSIS
DOMINI ET PRAEPOSITI
BERCHTESGADENSIS,
S. R. I. PRINCIPIS,
RECOGNITUM.



ANNO DOMINI MDCCXCVI.

LITERIS JOAN. BAPT. ROTTERMUNDT, AUL. ET EPISCOP. TYPOGRAPHI.

P R O P R I U M
M I S S A L I S R A T I S B O N E N S I S
U N A C U M F R A T R I B U S
I U S S U & A U T H O R I T A T E
R E V E R E N D I S S I M I A C C E L S I S S I M I
D O M I N I D O M I N I

JOSEPH CONRADI



IN COMMISSIONE
DOMINI ET R. F. E. S. S. I.
R. F. E. S. S. I.
R. F. E. S. S. I.
R. F. E. S. S. I.

1927.9 10538

NO DOMINI VIDEORUM



FESTA PROPRIA

DIOECESIS RATISBONENSIS.

FESTA JANUARI.

Die XIX. Jan.

INFESTO S. ERHARDI

EPISCOPI, & CONFESS. PATRONI
RATISBONENSIS.

Duplex

Introitus. Eccli. 45.

STatuit ei Dominus testamen-
tum pacis, & Principem fecit
eum: ut sit illi Sacerdotii dignitas
in æternum. *Psal. 131.* Memen-
to Domine David: & omnis man-
suetudinis ejus. *v. Gloria Patri.*

Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens
DEUS; ut beati Erhardi
Confessoris tui atque Pontificis
veneranda solemnitas, & devo-
tionem nobis augeat, & salutem.
Per Dominum nostrum.

*Et fit Commemoratio SS. Marii
& Marthæ &c. Martyrum.*

Oratio.

EXaudi, Domine, populum
tuum cum sanctorum Mar-
tyrum tuorum patrocinio suppli-
cantem: ut & temporalis vitæ nos
tribuas pace gaudere, & æternæ
reperire subsidium. Per Do-
minum.

Lectio Libri Sapientiæ.

Eccli. 44 & 45.

ECce Sacerdos magnus, qui in
diebus suis placuit **D**Eo; &
inventus est justus: & in tempore
iracundiæ factus est reconciliatio.
Non est inventus similis illi, qui
conservaret legem Excelsi. Ideo
jurejurando fecit illum Dominus
crescere in plebem suam. Benedi-
ctionem omnium gentium dedit
illi, & testamentum suum confir-
mavit super caput ejus. Agnovit
eum in benedictionibus suis: con-
servavit illi misericordiam suam;
& invenit gratiam coram oculis
Domini. Magnificavit eum in con-
spectu Regum, & dedit illi coro-
nam gloriæ. Statuit illi testamen-
tum æternum, & dedit illi Sacer-
dotium magnum, & beatificavit
illum in gloria. Fungi Sacerdotio,
& habere laudem in nomine ip-
sius: & offerre illi incensum di-
gnum in odorem suavitatis.

Graduale. Eccli. 44. Ecce Sa-
cerdos magnus, qui in diebus
suis placuit **D**Eo. *v.* Non est
inventus similis illi, qui conser-
varet

varet legem Excelsi. Alleluja, alleluja. *✠. Pſal. 109.* Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluja.

Si hoc Festum venerit post Septuagesimam, omisso Alleluja & Versu sequenti, dicitur Tractus. Pſal. 111. Beatus Vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis.

✠. Potens in terra erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur. *✠.* Gloria & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *LUC. 12. c.*

IN illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis: ut, cum venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes: Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias,

qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non fineret perfodire domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

Offertorium. Pſal. 88. Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Sancti tui, quæsumus Domine, nos ubique lætificent: ut, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Pro SS. Mario & c. Martyribus Secreta.

Preces, Domine, tuorum respice, oblationesque fidelium: ut & tibi gratæ sint pro tuorum festivitate Sanctorum; & nobis conferant tuæ propitiacionis auxilium. Per Dominum.

Communio. Luc. 12. Fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus, omnipotens DEUS; ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, inter-

intercedente beato Erhardo, Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora fumamus. Per Dominum.

Pro SS. Mario & c. Martyr.

Postcommunio.

Sanctorum tuorum, Domine, intercessione placatus, præsta quæsumus: ut, quætemporali celebramus actione, perpe-

tua saluatione capiamus. Per Dominum.

Die xxviii. Jan.

IN FESTO S. RAYMUNDI

DE PENAFORT CONFESSOR.

Semiduplex.

Diem XXVIII. Jan. non potest habere pro die fixa, sed a die XXIII. transfertur ad diem non impeditam, uti decrevit S. R. C. 23. Jan. 1735. & 5. Maji 1736.

FESTA FEBRUARII

Die i. Febr.

IN FESTO S. IGNATHII

EPISCOPI ET MART.

Pro Commemoratione

S. BRIGIDAE VIRGINIS

Oratio.

EXaudi nos **DEUS** salutaris noster: ut, sicut de beatæ Brigidæ Virginis tuæ festiuitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur affectu.

Tertia Oratio: **DEUS** qui salutis.

Secreta.

Accepta tibi sit, Domine, sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium.

Postcommunio.

Satiasti, Domine, familiam tuam muneribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione nos refove, cujus solemnia celebramus.

Die vi. Febr.

IN FESTO S. DOROTHEAE

VIRG. ET MART.

Semiduplex.

Missæ: Me expectaverunt. De Communi Virginis et Martyris.

Pro Commemoratione

S. A M A N D I
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Oratio.

EXaudi, quæsumus Domine, preces nostras, quas in beati Amandi Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolve peccatis.

B

Pro

Pro S. Amando. Secreta.

Sancti Amandi, Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet.

Pro eodem. Postcommunio.

DEUS, fidelium remunerator animarum, præsta; ut beati Amandi Confessoris tui atque

Pontificis, cujus venerandam celebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur.

Die IX. Febr.

IN FESTO S. APOLLONIAE

VIRG. ET MART.

Duplex.

Missa: Loquebar. De Communi Virg. et Mart.

Die XVI. Febr.

IN FESTO S. JULIANAE

VIRG. ET MART.

Missa: Loquebar. De Communi Virg. et Mart.

F E S T A M A R T I I

Die III. Martii.

INFESTO S. CHUNEGUNDIS
IMPERATRICIS VIRG.*Duplex.**Introitus. Psal. 44.*

Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducentur Regi Virgines post eam: proximæ ejus adducentur tibi in lætitia & exultatione.

Psal. Ibid. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. *γ.* Gloria Patri.

Oratio.

EXaudi nos **D**EUS salutaris noster: ut sicut de beatæ Chunegundis Virginis tuæ festiuitate gaudemus: ita piæ devo-

tionis erudiamur affectu. Per Dominum.

In Quadragesima fit Commemoratio feriæ, & in fine legitur ejus Evangelium.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 7.*

FRatres: De Virginitibus præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem,

rem, non peccasti. Et si nupserit Virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur; præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat DEO. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Et mulier innupta, & Virgo, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu: in Christo JESU Domino nostro.

Graduale. Psalm. Concupivit Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus DEUS tuus. ✠. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. **Tractus Ibid.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam. ✠. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filiæ regum in honore tuo. ✠. Ad-

ducentur Regi Virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi. ✠. Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum Regis.

**Sequentia sancti Evangelii
secundum Matthæum.**

Matth. 19.

IN illo tempore: Accesserunt ad JESUM Pharisei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum & foeminam fecit eos? & dixit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo DEUS conjunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum tepudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa

B 2

ho-

hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipfos castraverunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.

Offertorium. Psal. 44. Afferrentur Regi Virgines post eam: proximæ ejus afferrentur tibi in lætitia, & exultatione: adducentur in templum Regi Domino.

Secreta.

Accepta tibi sit, Domine, sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Communio. Matth. 13. Simile est Regnum Cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: inventa autem una pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparavit eam.

Postcommunio.

Satiasti, Domine, familiam tuam muneribus sacris: ejus quæsumus, semper interventione

nos refove, cujus solemnia celebramus. Per Dominum.

Die xvii. Martii.

IN FESTO S. PATRICII

EPISC. ET CONFESS.

Semiduplex.

Post Commemorationem de feria quadragesimali fit etiam Commemoratio

S. GERTRUDIS VIRGINIS.

Oratio.

EXaudi nos DEUS, salutaris noster: ut, sicut de beatæ Gertrudis Virginis tuæ festivitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Secreta.

Accepta tibi sit, Domine, sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Postcommunio.

Satiasti, Domine, familiam tuam muneribus sacris: ejus quæsumus, semper interventione nos refove, cujus solemnia celebramus. Per Dominum.

Die

Die xxii. Martii.

**IN FESTO S. CATHARINAE
VIRGINIS VASTANENSIS.****Duplex.****Missa:** Dilexisti. **De Communi Virginum tantum.****Oratio.**

DEUS, qui eximiae castitatis privilegio, & virtutum sanctimonia beatam Catharinam gratia tua multipliciter decorasti in exemplum fidelium: da famulis tuis ejus meritis intercedentibus puritatem mentis & corporis, per quam a te promissam possimus percipere felicitatem. Per Dominum.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.**Cap. 19.**

IN illo tempore: Accesserunt ad JESUM Pharisei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacunque ex causa? Qui respondens ait eis: Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum & foemina fecit eos? & dixit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro.

Quod ergo DEUS conjunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit, moechatur. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat.

Die xxvii. Martii.

**IN FESTO S. RUPERTI
EPISC. ET CONFESS.****Duplex.****Missa:** Statuit ei Dominus. **De Communi Confess. Pontif.**

C

FESTA

FESTA APRILIS.

Dominica III. post Pascha.
FESTUM PATROCINII
S. JOSEPH

Confessoris, Sponsi B. V. **MARIÆ.**

Duplex.

Introitus.

Adjutor, & Protector noster est Dominus; in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine sancto ejus sperabimus, **Alleluja**, alleluja. *Psal. 79.* Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ovem Joseph. *✠.* Gloria Patri.

Oratio.

DEUS, qui ineffabili providentia beatum Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta quæsumus, ut, quem protectorem veneramus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Qui vivis, & regnas.

Fit Commemoratio Dominicæ tertis post Pascha, cum ultimo ejusdem Evangelio in fine Missæ.

Lectio Libri Genesis. Gen. 49.

Filius accrescens Joseph, Filius accrescens, & decorus aspectu; filiæ discurrerunt super murum. Sed exasperaverunt eum & jurgati sunt, invideruntque

habentes jacula. Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Jacob: Inde pastor egressus est, lapis Israel. **DEUS** Patris tui erit Adjutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum, benedictionibus uberum & vulvæ. Benedictiones Patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus, donec veniret desiderium collium æternorum. Fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi inter Fratres suos.

Alleluja, alleluja. *✠.* De quacunque tribulatione clamaverint ad me, exaudiam eos, & ero protector eorum semper. **Alleluja.**

✠. Fac nos innocuam, Joseph, decurrere vitam, sitque tuo semper tuta patrocinio. **Alleluja.**

Sequentia S. Evangelii secundum Lucam. Luc. 3.

In illo tempore: Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & **JESU** baptizato, & orante, apertum est cælum, & descen-

descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba, in ipsum: & vox de caelo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Jesus erat incipiens annorum triginta, ut putabatur, Filius Joseph.

Credo.

Si autem transfertur, sine Credo Offertorium.

Lauda Jerusalem Dominum: quoniam confortavit feras portarum tuarum; benedixit filiis tuis in te, **A**lleluja, alleluja.

Secreta.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi patrocinio suffulti rogamus, Domine, clementiam tuam, ut corda nostra facias terrena cuncta despiciere, ac verum **D**eu[m] perfectæ charitate diligere. Qui vis, & regnas.

Communio.

Jacob autem genuit Joseph, Virum Mariæ: de qua natus est **J**esus, qui vocatur Christus, Alleluja.

Postcommunio.

Divini muneris fonte refecti, quæsumus, Domine **D**eu[m] noster: ut, sicut nos facis beati Joseph protectione gaudere; ita ejus meritis, & intercessione celestis gloriæ facias esse participes. Per Dominum.

Die xxiii. Aprilis.

IN FESTO S. ADALBERTI

EPISCOPI ET MART.

Missæ: Protexisti me **D**eu[s]. **De Communi unius Martyris tempore Paschali.**

Oratio: Infirmatatem.

NB. In Cathedrali Ecclesia

S. LEONTII MARTYRIS

Duplex.

Missæ: Protexisti, **ut supra, Oratio:** Præsta quæsumus Omnipotens **D**eu[s], ut qui beati. **D**icitur **Credo et Commemoratio S. Adalberti Episc. et Mart., Oratio:** Infirmatatem, **ut supra,**

Die xxiv. Aprilis.

IN FESTO S. GEORGH

MARTYRIS,

Duplex.

Missæ ut in Missali Romano.

Eodem die

S. FIDELIS A SIGMARINGA

Protomartyris Sac. Congregationis de Propaganda Fide.

In Diocesi Ratisbon. est dies fixa 28. Aprilis.

Missæ: Protexisti. **De Communi unius Mart. temp. Pasch.**

Oratio.

Deu[s], qui Beatum Fidelem Sraphico spiritus ardore succensum in veræ Fidei propagatione Martyrii palma, & gloriosis miraculis decorare dignatus es: ejus quæsumus meritis, & intercessione, ita nos per gratiam tuam in Fide, & Charitate confirma; ut in servitio tuo fideles usque ad mortem inveniri mereamur. Per Dominum &c.

C 2

Die

Die xxvii. Aprilis.

INFESTO S. PEREGRINI

Conf. Ord. Servorum B. V. MARIÆ

Duplex.**Missa:** Justus ut Palma. De Communi
Confess. non Pontif. secundo loco.**Oratio.****D**EUS, qui beato Peregrino
Angelum Comitem, Magi-
stram Deiparam, **JESUM** tetriulceris medicum mire dedisti:
da per merita ipsius, obsecra-
mus; ut sanctum Angelum, Vir-
ginem, Salvatorem singulariter
amemus in terris, & collaudemus
in cœlis. Per eundem Dominum.**Evangelium.** Ecce nos reliqui-
mus omnia,**Ex Missa de Communi Abbatum.****FESTA MAJI**

Die i. Maji.

IN FESTO APOSTOLORUM

PHILIPPI & JACOBI

Commemoratio

S. WALBURGÆ VIRGINIS

in Missis privatis tantum.

Oratio.**D**EUS, castitatis auctor, &
custos: quæsumus, ut in-
tercedente beata Walburga Vir-
gine tua, spiritus & vitæ puri-
tate tibi deserviamus. Per Do-
minum nostrum.**Secreta.****A**Ccepta tibi sit, Domine, fa-
cratæ plebis oblatio, pro
tuorum honore Sanctorum: quo-
rum se meritis de tribulatione
percepisse cognoscit auxilium.
Per Dominum.**Postcommunio.****S**atisti Domine, familiam tuam
muneribus facris: ejus quæ-
sumus, semper interventione nosrefove, cujus solemnia celebra-
mus. Per Dominum.

Die iv. Maji.

**IN FESTO S. FLORIANI
MARTYRIS.****Duplex.****Missa:** Protexisti. De uno Mart. temp.
Paschali.**Oratio.****D**EUS, qui nos annua beati
Floriani Martyris tui glo-
riosæ passionis solemnitate læti-
ficas, solita pietatis tuæ largitate
concede; ut cujus honori cele-
brem triumphum pio amore ve-
neramur in terris, societatis ejus
lætitiâ adipisci te largiente me-
reamur in cœlis. Per Dominum
nostrum.**Secreta.****A**Ccepta sit in conspectu tuo,
Domine, nostra devotio: &
ejus nobis fiat supplicatione sa-
luta-

lutaris, pro cuius solemnitate defertur. Per Dominum.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris facri, quæsumus, Domine DEUS noster: ut, cuius exequimur cultum, intercedente beato floriano Martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dominum.

Die v. Maji.

**IN FESTO CORONAE
DOMINI.**

Duplex.

Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes, sub honore Coronæ Domini: de cuius solemnitate gaudent Angeli: & collaudant Filium DEI. Alleluja, alleluja.

Psal. 46. Omnes gentes plaudite manibus: jubilate DEO in voce exultationis. *ꝯ.* Gloria Patri.

Dicitur: Gloria in Excelsis.

Oratio.

Præsta, quæsumus, Omnipotens DEUS, ut, qui in memoriam Passionis Domini nostri JESU Christi, coronam ejus spinea veneramur in terris: ab ipso gloria & honore coronari mereamur in cælis. Qui tecum vivit & regnat.

**Pro Commemoratione
S. GODEHARDI
EPISCOPI ET CONFESS.**

Oratio.

DEUS, qui hodiernam diem in beati Godehardi Confessoris tui atque Pontificis festivitate nobis honorabilem fecisti: præsta quæsumus; ut cuius celebritate annua exultamus, ejus suffragiis adjuremur. Per Dominum.

Lectio Libri Sapientiæ. Cant. 3. c.

Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos. Ferculum sibi fecit Rex Salomon de lignis Libani: columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate constravit propter filias Jerusalem. Egredimini & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

Alleluja, alleluja. ꝯ. Eccli. 45. b.
Corona aurea super caput ejus, expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.
Alleluja.

D

ꝯ. Tibi

✠. Tibi gloria Hofanna, tibi triumphus & victoria: tibi summæ laudis & honoris corona, Alleluja.

Sequentia fancti Evangelii fecundum Joannem. *Joan. 19.*

In illo tempore: Apprehendit Pilatus JESUM, & flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus: & veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Judæorum: & dabant ei alapas. Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam invenio in eo causam. Exivit ergo Jesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum.

Credo.

Offertor. Psal. 147. Isa. 61 & 62.

Lauda Jerusalem Dominum; quia dabit tibi coronam pro cinere: & eris corona gloriæ in manu DEI tui. Alleluja.

Secreta.

Tuorum militum, Rex omnipotens, virtutem corrobora: ut, quos in hujus mortalitatis stadio, unigeniti Filii tui corona lætificat; consummato cursu certaminis, immortalitatis, per hæc,

quæ offerimus, bravium apprehendat. Per eundem Dominum.

Pro S. Godehardo

Secreta.

Sancti Godehardi Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

Præfatio de Cruce. Qui salutem humani generis.

Communio. Prov. 4. Lætare Mater nostra: quia dabit Dominus capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita proteget te. Alleluja.

Postcommunio.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut hæc Sacramenta, quæ sumpsimus, per sacrosanctam Filii tui coronam, cujus solemnitas recensemus, ad virtutem nobis proficiant, & salutem. Per eundem Dominum.

Pro S. Godehardo

Postcommunio.

DEus, fidelium remunerator animarum, præsta: ut beati Godehardi Confessoris tui atque Pontificis, cujus venerandam celebr-

lebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

Eodem die

**FESTUM S. PII V. PAPÆ
CONFESSORIS.**

Duplex.

Transfertur in hac Dioecesi propter Festum coronæ Domini.

Die XVI. Maji.

**IN FESTO S. JOANNIS
NEPOMUCENI MART.**

Duplex 2. Classis, & cum Octava, ex speciali Indulto Benedicti XIV. Pont. Max. pro hac Dioecesi.

Introitus. Eccl. 51. 30.

DEdit mihi Dominus linguam mercedem meam: & in ipsa laudabo eum. *Psalm. 38. 1.* Dixi: Custodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea. *ꝫ. Gloria Patri.*

Oratio.

DEus, qui ob invictum beati Joannis sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam Martyrii corona decorasti: da nobis ejus intercessione & exemplo linguam caute custodire, ac omnia potius mala, quam animæ detrimentum in hoc sæculo tolerare. Per Dominum nostrum.

Lectio Libri Ecclesiastici.

Eccl. 21. 26.

STultus a fenestra respiciet in domum: vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium: & prudens gravabitur contumelia. Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statim ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum: & in corde sapientium os illorum. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Sufurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur: & qui cum eo manserit, odiosus erit: tacitus & senfatus honorabitur.

Tempore Paschali

Alleluja, alleluja. ꝫ. Eccl. 25. 11.

Beatus qui lingua sua non est lapsus, & qui non servivit indignis se. **Alleluja.**

ꝫ. Prov. 10. 31. & 12. 18. Lingua pravorum peribit. Lingua autem sapientum est sanitas. **Alleluja.**

Per Annum

Graduale. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis est animi, celat.

ꝫ. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?

D 2

qui

qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum. **Alleluja, alleluja.**

✠. Beatus, qui lingua ſua non eſt lapſus, & qui non ſervivit indignis ſe. **Alleluja.**

Post Septuageſimam omiſſis Alleluja, & ✠. ſequenti dicitur Tractus. *Jacob. 1. 26.* Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio. ✠. *Ibid. 3. 2.* Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.

✠. *Ibid. 3. 7.* Omnis enim natura beſtiarum domantur, & domita ſunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare poteſt.

Sequentia ſancti Evangelii ſecundum Matthæum.

Matth. 11. 2.

IN illo tempore: Cum auდიſſet Joannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de Diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium exſpectamus? & reſpondens Jeſus, ait illis: Euntes renuntiate Joanni, quæ auდიſtis, & vidiftis. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangeli-

zantur: & beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cæpit Jeſus dicere ad turbas de Joanne: Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum? Ecce, qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam Prophetam. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Dicitur Credo.

Offertorium *Ecl. 42.*

NON duplices ſermonem de revelatione ſermonis abſconditi; & eris vere ſine confuſione: & invenies gratiam in conſpectu omnium hominum.

Secreta.

HÆc tua, Domine, ſacra Myſteria in nobis quæſumus: charitatis ignem accedant, quo inclytus Martyr, & Sacerdos tuus Joannes, ea peragendo flagrabat. Per Dominum.

Communio. *Iſai. 6. 6.*

VOlavit ad me unus de Seraphim: & in manu ejus calculus, quem tulerat de altari: & tetigit os meum.

Post-

Postcommunio.

Ragilitatem nostram, Domine, coelestis hæc mensa fortium pane confirmet: qui beati Martyris & Sacerdotis tui Joannis tentatam contra honorem Sacramenti constantiam jugiter aluit ad victoriam. Per Dominum nostrum.

Infra Octavam S. Joannis Nepomuceni fit Commemoratio ejus in Festis, & in horum defectu fit de die infra Oct. Missa ut supra 2. Oratio: Concede. 3. Ecclesiæ etc.

In die octava S. Joannis Nepom. Missa uti prima die.

Die xvii. Maji.

**IN FESTO S. PASCHALIS
BAYLON ORD. S. FRANC.**

Duplex Minus.

Missa: Os justii. De comm. Conf. non Pont. primo loco.

Oratio.

DEUS, qui beatum Paschalem Confessorem tuum mirifica erga corporis & sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti; concede propitius, ut quam ille ex hoc divino convivio spiritus percepit pinguedinem, eandem & nos percipere mereamur. Qui vivis &c.

In hac Dioecesi fit Commemoratio Octavæ S. Joannis Nepomuceni Martyris, ut in Proprio Ratisbonensi 16. Maji.

Eodem die (alias 16.)

FESTUM S. UBALDI

EPISC. ET CONFESS.

Semiduplex de præcepto.

Missa: Statuit. De Communi Confess. Pontif.

Oratio.

Auxilium: ut in Missali. Transferitur.

Die xxv. Maji.

IN FESTO S. GREGORII VII.

PAPÆ ET CONFESSORIS.

Duplex.

Missa: Statuit, de Communi Conf. Pontif. sed Evangelium Vigilate. ex Missa Sacerdotes, de eodem Communi.

Oratio.

DEUS, in te sperantium fortitudo, qui beatum Gregorium Confessorem tuum atque Pontificem, pro tuenda Ecclesiæ libertate, virtute constantiæ roborasti: da nobis, ejus exemplo & intercessione, omnia adversa fortiter superare. Per Dominum.

Deinde fit Commemoratio S. Urbani Papæ et Mart. ut in Missali Romano 25. Maji.

**Hoc Festum, quamvis pro hac Dioecesi proprium non sit, pro celebrantium tamen commoditate, quia in aliquibus Missalibus fuit omisum, hic subjungendum censuimus.*

Die xxvii. Maji.

**IN FESTO S. MAR. MAGDA-
LENÆ DE PAZZIS VIRGINIS.**

Semiduplex.

Modo dies fixus, alias 25. Maji. Missa: Dilexisti. de communi Virg. tant.

Oratio.

E

Oratio.

DEUS virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalenam Virginem, tuo amore succensam, cælestibus donis decorasti: da, ut, quam festiva celebri-

tate veneramur; puritate et charitate imitemur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio S. Joannis Papæ et Mart. Oratio: DEUS, qui nos beati ex Missa: Sacerdotes. de Comuni unius Mart. Pont.

FESTA JUNII.

FERIA SEXTA POST OCTAVAM CORPORIS CHRISTI
IN FESTO

SS. CORDIS JESU.

Introitus.

Jerem. in Thren. c. 3.

Miserebitur secundum multitudinem miserationum suarum; non enim humiliavit ex Corde suo, & abjecit Filios hominum: bonus est Dominus sperantibus in Eum, animæ quærenti Illum. **Alleluja, alleluja.**

Psal. 88. Misericordias Domini in æternum cantabo: in generationem, & generationem. Gloria Patri.

Miserebitur.

Oratio.

Concede, quæsumus, omnipotens DEUS, ut qui in sanctissimo dilecti Filii tui Corde gloriantes, præcipua in nos Charitatis ejus beneficia recolimus: Eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per eundem Dominum nostrum.

Lectio Isaïæ Prophetæ.

Isai. cap. 12.

Confitebor Tibi Domine, quoniam iratus es mihi: Convertus est furor tuus, & consolatus es me. Ecce DEUS Salvator meus, fiducialiter agam, & non timebo; quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Et dicetis in illa die: Confitemini Domino, & invocate nomen ejus, mementote, quoniam excelsum est nomen Ejus. Cantate Domino, quoniam magnifice fecit, annunciate hoc in univèrsa terra. Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio Tui Sanctus Israel.

Graduale, Jerem. Thren. cap. 1.

O Vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus. *γ.* Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit Eos. **Alleluja, alleluja.**

γ. Matth.

¶ Matth. 11. 29. Discite a Me, quia mitis sum, & humilis Corde, & inveniatis requiem animabus vestris. **Alleluja.**

Sequentia S. Evangelii secundum Joannem.

Joan. 19. 31.

IN illo tempore Judæi, quoniam Parasceve erat, ut non remaneret in Cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad **JESUM** autem cum venissent, ut viderunt Eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura: sed unus militum lancea latus aperuit, & continuo exivit sanguis, & aqua; et qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus. **Credo:**

Offertorium Pf. 102.

Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus, qui replet in bonis desiderium tuum. **Alleluja.**

Secreta:

Tuere nos, Domine tua Tibi holocausta offerentes; ad quæ ut ferventius corda nostra præparentur, flammis adure Tuæ

divinæ Charitatis. Qui vivis & regnas.

Præfatio de Passione.

Communio Pf. 68.

Improperium expectavit Cor meum & miseriam, & sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit; qui consolaretur, & non inveni. **Alleluja.**

Postcommunio.

Pacificis pasti deliciis, & salutaribus Sacramentis, Te supplices exoramus Domine Deus noster, ut qui mitis es, & humilis corde, nos a vitiorum omnium labe purgatos, propensius facias a superbis sæculi vanitatibus abhorre. Qui vivis & regnas.

Die xv. Junii.

INFESTO SS. VITI, MODESTI

atque

CRESCENTIE

MARTYRUM.

Duplex.

Missæ: Multæ tribulationes. ut in proprio loco Missalis Romani.

Die xvi. Junii.

IN FESTO S. BENNONIS

EPISC. ET CONF. Bavaricæ Patroni.

Duplex.

Missæ: Statuit, de Communi Confessoris Pontificis.

Oratio.

DEus, qui nos beati Bennonis Pontificis confessione gloriosa circumdas & protegis: da nobis

& ejus imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dom.

Secreta.

Sanctus tuus, quæsumus Domine, Benno Confessor & Pontifex nos ubique lætificet; ut, dum ejus recolimus merita, apud te semper patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Postcommunio.

Quæsumus Domine, salutari-
bus repleti mysteriis: ut sancti tui Bennonis Confessoris & Pontificis, cujus solemnia celebramus, etiam intercessione adjuvemur. Per Dominum nostrum.

Die XXII. Junii.

IN FESTO SS. ACHATII,

ET SOCIORUM MART.

Semiduplex.

Introitus. Psalm. 78.

Intret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est.

Psalm. Ibid. DEUS, venerunt gentes in hæritatem tuam, polluerunt Templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. ✠ Gloria Patri.

Oratio.

DEUS, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum

Achatii & sociorum ejus natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Pro Commemoratione

S. PAULINI

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Oratio.

DA quæsumus, omnipotens DEUS, ut beati Paulini Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem.

Tertia Oratio: A cunctis.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli. **1. Pet. 4. c.**

Charissimi: Communicantes Christi passionibus, gaudete: ut in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis DEI, & qui est ejus, spiritus super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatutur ut homicida aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem DEUM in isto nomine. Quoniam tempus est, ut incipiat judicium a Domo DEI. Si autem primum a nobis; quis finis eorum, qui non credunt DEI Evangelio? Et si justus vix salvabitur, impius, &

& peccator ubi parebunt? Itaque & hi, qui patiuntur secundum voluntatem DEI, fideli Creatori commendent animas suas in beneficiis.

Graduale. Exod. 15. Gloriosus DEUS in Sanctis suis: mirabilis in majestate, faciens prodigia
v. Dexterâ tuâ, Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tuâ confregit inimicos. **Alleluja, alleluja. *v. Eccl. 44.*** Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt: & nomina eorum vivent in generatione, & generationem. **Alleluja.**

Sequenti S. Evangelii secundum Lucam. **Luc. 21. c.**

In illo tempore: dixit JESUS discipulis suis: Cum audieritis prœlia & seditiones, nolite terri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surgent gens contra gentem, & regnum adversus regnum. Et terræ motus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in Synagogas & custodias, trahentes ad Reges, & præfides, propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium.

Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari, quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes adversarii vestri. Tradimini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Offertorium. Psal. 67. Mirabilis DEUS in Sanctis suis: DEUS Israel, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus DEUS, **Alleluja.**

Secreta.

Oblatis, quæsumus Domine, placare muneribus: & intercedentibus sanctis Martyribus tuis Achatio & fociis ejus, a cunctis nos defende periculis. Per Dom.

Pro S. Paulino

Secreta.

Sancti tui, quæsumus Domine, nos ubique lætificent: ut, dum eorum merita recolimus, patrocina sentiamus.

Communio. Sap. 5. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, DEUS tentavit eos: tanquam aurum in fornace probavit eos, & quasi holocausta accepit eos.

F

Post-

Postcommunio.

HÆc nos Communio, Domine, purget a crimine: & intercedentibus sanctis Martyribus tuis, Achatio & fociis ejus, cœlestis remedii faciat esse confortes. Per Dominum.

Pro S. Paulino**Postcommunio.**

PRæsta, quæsumus, omnipotens DEUS, ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Paulino Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus.

Die xxv. Junii.

**IN FESTO S. GULIELMI
ABBATIS.**

Duplex.

Missa: Os justî. **De Comm. Abbat.**

Oratio.

DEUS, qui infirmitati nostræ ad terendum salutis viam in Sanctis tuis exemplum, & præsidium collocasti, da nobis, ita beati Gulielmi Abbatis merita venerari, ut ejusdem experia-

mur suffragia, & vestigia profequamur. Per Dominum &c.

Commemor. Oct. Nativ.

S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Pro Commemoratione

S. GALLICANI MARTYRIS.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens DEUS: ut intercedente beato Gallicano Martyre tuo, & a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente.

Secreta.

ACcepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio: & ejus nobis fiat supplicatione salutaris, pro cujus solemnitate defertur.

Postcommunio.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine DEUS noster; ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Gallicano Martyre tuo, sentiamus effectum.

FESTA JULII

Die iv. Julii.

**IN FESTO S. UDALRICI
EPISC. ET CONFESS.**

Duplex.

Introitus. Ps. 131.

SAcerdotes tui, Domine, inquant justitiam: & Sancti tui

exultent: propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui. **Psal. Ibid.** Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. * Gloria Patri.

Ora-

Oratio.

EXaudi, quæsumus Domine, preces nostras, quas in beati Udalrici Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum.

Pro Commemoratione SS. Apostolorum.**PETRI ET PAULI****Oratio.**

DEUS, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri, & Pauli martyrio consecrafti: da Ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum, per quos Religionis sumpsit exordium. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. *Hebr. 7. 3.*

FRatres! Plures facti sunt Sacerdotes, idcirco, quod morte prohiberentur permanere. **J**ESUS autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotium. Unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad **DEUM**: semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœ-

lis factus: qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, prius pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, se ipsum offerendo, **JESUS CHRISTUS** Dominus noster.

Graduale. Psal. 131. Sacerdotes ejus induam salutari, & Sancti ejus exultatione exultabunt. *ʒ.* Illuc producam cornu David: paravi lucernam Christo meo. **Alleluja, alleluja.** *ʒ.* Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **Alleluja.**

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. *Matth. 25. b.*

IN illo tempore: Dixit **JESUS** Discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit autem, qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui.

F 2

Post

Post multum vero temporis venit Dominus fervorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accessit, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

Credo. Propter octavam.

Offertor. Psalm. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

Sancti Udalrici Confessoris tui atque Pontificis, quaesumus Domine, annua solemnitas pietati tuae nos reddat acceptos: ut per haec pie placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiae tuae dona conciliet. Per Dominum nostrum.

Pro SS. Apostolis Petro & Paulo.

Secreta.

Hostias, Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi. Per Dominum.

Communio. Matth. 24. Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Deus, fidelium remunerator animarum, praesta: ut beati Udalrici Confessoris tui atque Pontificis, cujus venerandam celebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

Pro SS. Apostolis Petro & Paulo.

Postcommunio.

Quos caelesti, Domine, alimento satiasti: apostolicis intercessionibus, ab omni adversitate custodi. Per Dominum.

Dominica proxima post Octavam

SS. APOSTOLORUM PETRI

ET PAULI

**DEDICATIO ECCLESIAE CATHEDRALIS
RATISBONENSIS.**

Duplex.

In Civitate cum: extra sine Octava. Commemoratio Dominicae currentis, cujus Evangelium legitur in sine Missae.

Die

Die vii. Julii.

IN FESTO S. WILIBALDI

EPISCOPI. ET CONFESS.

Missa: Sacerdotes tui, De Communi
Conf. Pontif.

Die viii. Julii.

IN FESTO S. ELISABETH

REGINÆ PORTUGALLIÆ.

Semiduplex.

Pro Commemoratione
S. CHILIANI EPISCOPI
ET MARTYRIS.

Oratio.

DEUS, qui nos beati Chiliani
Martyris tui, atque Pontifi-
cis annua solemnitate lætificas:
concede propitius; ut, cujus na-
talia colimus, de ejusdem etiam
protectione gaudeamus.

Tertia Oratio: A cunctis.

Secreta.

MUnera tibi, Domine, dicata
sanctifica: & intercedente
beato Chiliano Martyre tuo at-
que Pontifice per eadem nos
placatus intende.

Postcommunio.

HÆc nos Communio, Domine,
purget a crimine: & inter-
cedente beato Chiliano Martyre
tuo atque Pontifice, cælestis re-
medii faciat esse consortes.

Die xv. Julii.

IN FESTO DIVISIONIS

APOSTOLORUM.

Introitus. *Psal. 138. c.*

Mihi autem nimis honorati sunt
amici tui, **DEUS**: nimis con-
fortatus est Principatus eorum.

Psal. Domine probasti me,
& cognovisti me: Tu cognovisti
sessionem meam, & resurrectio-
nem meam. *Ps.* Gloria Patri.

Oratio.

DEUS, pro cuius præconio sancti
Apostoli Filii tui, per orbem
universum sunt divisi, præsta,
quæsumus; ut quorum gaudemus
doctrinis, adjuvemur & precibus.
Per eundem Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Act. 5. b.

IN diebus illis: Per manus Apo-
stolorum fiebant signa & pro-
digia multa in plebe. Et erant
unanimiter omnes in porticu Sa-
lomonis. Cæterorum autem ne-
mo audebat se conjungere illis:
sed magnificabat eos populus
Magis autem augebatur creden-
tium in Domino multitudo, vi-
rorum, ac mulierum, ita ut in
plateas eijcerent infirmos, & po-
nerent in lectulis ac grabatis, ut,
veniente Petro, saltem umbra
illius obumbraret quemquam il-
lorum, & liberarentur ab infir-

G

mi-

mitatibus suis. Concurrerat autem & multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, afferentes ægros, & vexatos a spiritibus imundis: qui curabantur omnes.

Graduale. Psal. 44. d. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt Nominis tui Domine. **v.** Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea populi confitebuntur tibi. **Alleluja, alleluja.** **v.** Nimis honorati sunt amici tui, DEUS: nimis confortatus est principatus eorum. **Alleluja.**

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam 10. c.

IN illo tempore: designavit Dominus et alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam, in omnem civitatem & locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Nolite portare facculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaveritis. In quamcunque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax

vestra, sin autem; ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunque civitatem intraveritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis; & curate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquavit in vos Regnum DEI. **Credo.**

Offertorium. Psal. 18. In omnem terram exivit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

Secreta.

Offerimus tibi, Domine, preces & munera: quæ ut tuo sint digna conspectu, Apostolorum tuorum precibus adjuvemur. Per Dominum.

Præfatio de Apostolis.

Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.

Postcommunio.

Protege, Domine, populum tuum: & Apostolorum tuorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva. Per Dominum.

Eodem

Eodem die
FESTUM S. HENRICI

IMPERATORIS ET CONFESS.

Duplex.

Transfertur.

Missæ: Os iusti. De Commun. Confess. non Pontificis.

Oratio.

DEUS, qui beatum Henricum Confessorem tuum, e terreni culmine Imperii ad Regnum æternum transtulisti: te supplices exoramus, ut, sicut illum, gratiæ tuæ ubertate præventum, illecebras sæculi superare fecisti; ita nos facias, ejus imitatione, mundi hujus blandimenta vitare, & ad te puris mentibus pervenire. Per Dominum.

Secreta.

PRæsta, quæsumus, omnipotens DEUS: ut, sicut beatus Henricus Confessor tuus, spretis mundi oblectamentis, soli Regi Christo placere studuit; ita ejus oratio nos tibi reddat acceptos. Per eundem Dominum.

Postcommunio.

DEUS, qui beatum Confessorem tuum Henricum mirificasti in terris, & gloriosum in cœlis fecisti; eundem, quæsumus, Ecclesiæ tuæ constitue Defensorem. Per Dominum.

Eodem die
S. CAMILLI DE LELLIS

CONFESSORIS.

Duplex.

Missæ: Os iusti. De Comuni Confessoris non Pontificis.

Oratio.

DEUS, qui beatum Camillum ad animarum in extremo agone luctantium subsidium singulari charitatis prærogativa decorasti: ejus, quæsumus, meritis spiritum nobis tuæ dilectionis infunde, ut in hora exitus nostri hostem vincere, & ad cœlestem mereamur coronam pervenire. Per Dom. In unitate ejusdem.

Die XVIII. Julii.

Pro sola Ecclesia Cathedrali.
IN FESTO S. JUSTINI

MARTYRIS.

Duplex.

Introitus. Psalm. 63.

Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

Psalm. Ibid. Exaudi DEUS orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ✠. Gloria Patri.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens DEUS, ut, intercedente beato Justino Martyre tuo, & a cunctis adversitatibus liberemur

G 2

mur

mur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

**Pro Commemoratione
SS. SYMPHOROSÆ**

ET SEPTEM FILIORUM MARTYRUM.

Oratio.

DEUS, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum, Symphorosæ, & filiorum ejus, natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

2. Tim. 2. b.

Charissime! Memor esto, Dominum JESUM Christum surrexisse a mortuis ex femine David, secundum Evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum DEI non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo JESU, cum gloria cælesti. Tu autem affectus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, & Lystri: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. Et

omnes, qui pie volunt vivere in Christo JESU, perfectionem patientur.

Graduale. Psal. 36. Justus, cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.

v. Tota die miseretur, & commodat: & semen ejus in benedictione erit. Alleluja, alleluja.

v. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ æternæ. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 14. f.

In illo tempore: dixit JESUS turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum; ne, posteaquam posuerit fundamentum, & non poterit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo coepit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis Rex iturus committere bellum adversus alium Regem,

Regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Credo.

Offertorium. Psal. 20. Posuisti, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso: vitam petiit a te, & tribuisti ei. **Alleluja.**

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio: & ejus nobis fiat supplicatione salutaris; pro cujus solemnitate defertur. Per Dominum.

Pro SS. Symphorosa & Filiis Mart.

Secreta.

Munera tibi, Domine, nostræ devotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore Justorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Communio. Joan. 12. Qui mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quæsumus, Domine

DEUS noster: ut, cujus exequimur cultum; intercedente beato Justino Martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dominum.

Pro SS. Symphorosa & Filiis Mart.

Postcommunio.

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis Martyribus tuis, Symphorosa & Filiis ejus: ut, quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Die xx. Julii.

IN FESTO S. MARGARITÆ

VIRG. ET MART.

Duplex.

Missæ: Me expectaverunt. De Comuni Virg. & Mart.

Eodem die

FESTUM S. HIERONYMI

EMILIANI CONFESSORIS.

Duplex.

Introitus. Jerem. thr. 2. 11.

Effusum est in terra jecur meum super contritione filiæ populi mei, cum deficeret parvulus, & lactens in plateis oppidi.

Psalm. 112. Laudate pueri Dominum: Laudate nomen Domini.

✽. Gloria Patri.

Oratio.

DEUS, misericordiarum Pater, per merita, & intercessionem Beati Hieronymi, quem orphanis adiutorem, & patrem esse voluisti:

H

luiti:

luisi: concede, ut spiritum adoptionis, quo filii tui nominamur, & fumus, fideliter custodiamus. Per Dominum.

Lectio Isaïæ Prophetæ *c. 58. v. 7.*

Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicit: Ecce adsum; si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ.

Graduale. *Prov. 5. v. 16.* Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.

v. Psalm. 111. Jucundus homo, qui miseretur, & commodat: disponet sermones suos in iudicio,

quia in æternum non commovebitur. **Alleluja, alleluja.**

Dispersit, dedit pauperibus, iustitia ejus manet in sæculum sæculi. **Alleluja.**

Post Septuag. omittit alleluja, et *v. sequenti dicitur.*

Tractus. *Job. 31. v. 16. Sc.* Si negavi, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. *v.* Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. *v.* Quia ab infantia crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum.

Tempore Paschali in Missis votivis omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Alleluja, alleluja. *Psalm. 111.*

Dispersit, dedit pauperibus: iustitia ejus manet in sæculum sæculi. **Alleluja.**

v. Psalm. 83. Elegi abjectus esse in Domo DEI mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. **Alleluja.**

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. *Cop. 19. v. 13.*

In illo tempore oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. **JESUS** vero ait eis: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cœlorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.

inde. Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus est bonus, DEUS. Si autem vis ad vitam ingredi, ferva mandata: Dicit illi: Quæ? JESUS autem dixit: Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum, & matrem tuam: & diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi a juventute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi JESUS: Si vis perfectus esse, vade, vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.

Offertorium. Tobie 12. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

Secreta.

Clementissime DEUS, qui veteri homine consumpto novum secundum te in B. Hieronymo creare dignatus es: da per merita ipsius, ut nos pariter renovati hanc placationis hostiam in odorem tibi suavissimum offeramus. Per Dominum.

Communio. Jacob. 1. v. 27. Religio munda, & immaculata apud DEUM, & Patrem hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

Postcommunio.

Angelorum pane refecti te, Domine, suppliciter deprecamur; ut qui annuam B. Hieronymi Confessoris tui memoriam celebrare gaudemus, ejusdem etiam & exemplum imitemur, & amplissimum in regno tuo præmium obtinere valeamus. Per Dominum.

FESTA AUGUSTI.

Die v. Augusti.

IN FESTO S. MARIE

AD NIVES.

Commemoratio

S. OSWALDI REGIS ET MART.

Oratio.

DEUS, qui dedisti Beato Oswaldo Regi, terrenæ potestatis gloriam in tuum convertere amorem: da nobis, quæsumus; ut ejus precibus in tui Nominis amore robaremur. Per Dominum.

Secreta.

Muneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis, & cælestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dominum.

Postcommunio.

DA, quæsumus, Domine DEUS noster, ut, sicut tuorum commemoratione Sanctorum, temporali gratulamur officio; ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dom.

Die ix. Augusti.

IN FESTO S. AFRE

ET SOCIARUM MART.

Semiduplex.

Introitus, *Psal. 118.*

Mexspectaverunt peccatores, ut perderent me: Testimonia tua Domine intellexi: omnis consummationis vidi finem: laudatum mandatum tuum nimis.

Psal. Ibid. Beati immaculati in via; qui ambulant in lege Domini.

y. Gloria Patri.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, DEUS noster, sanctarum Martyrum tuarum Afræ, & Sociarum ejus palmas incessabili devotione venerari: ut, quas dignamente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

Secunda Oratio de Vigilia S. Laurentii, Tertia de S. Romano Mart, ut in Missali Romano, cum ultimo Evangelio de vigilia: nisi hæc Vigil, venerit in Dominica; tunc enim ea anticipatur in Sabbato et commemoratio S. Romani Mart, fit in Missa Dominicæ. Festum autem S. Afræ transfertur.

Lectio Libri Sapientiæ. Eccl. 51.

Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te DEUM Salvatorem meum: Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor, & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum a perditione, a laqueo linguæ iniquæ, & a labiis operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adjutor. Et liberaisti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a ruginibus,

præ-

præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circumdederunt me: a pressura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum æstuata: de altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata, & a verbo mendacii, a Rege iniquo, & a lingua injusta: laudabit usque ad mortem anima mea Dominum, quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de manibus gentium, Domine DEUS noster.

Graduale. Psalm 44. Diluxisti iustitiam, & odisti iniquitatem. **✠.** Propterea unxit te DEUS, DEUS tuus oleo lætitiæ, **Alleluja**, alleluja. **✠.** Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. **Alleluja.**

Sequentia S. Evangelii secundum Lucam. Luc. 15.

IN illo tempore: Erant appropinquantes ad JESUM publicani, & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant Pharisei & scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad il-

lam, quæ perierat, donec inveniat eam? Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat? Et cum invenerit, convocat amicas, & vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram? Ita dico vobis: gaudium erit coram Angelis DEI super uno peccatore pœnitentiam agente.

Offertorium. Psalm 44. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te DEUS in æternum & in sæculum sæculi. **Alleluja.**

Secreta.

INtende, quæsumus Domine, munera altaribus tuis, pro sanctarum Martyrum tuarum Afræ & Sociarum ejus festivitate propo- sita: ut sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita

I

nobis

nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum.

Communio. *Psal. 118.* Principes persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidavit cor meum: Lætabor ego super eloquia tua: quasi qui invenit spolia multa.

Postcommunio.

PRæsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis Martyribus tuis: ut, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Die XXI. Augusti.

IN FESTO S. JOHANNÆ

FRANCISCÆ FREMIOT DE CHANTAL,

Ordinis Sanctimonialium Visitationis

S. Mariæ Fundatricis,

Duplex.

Introitus. *Psal. 118.*

COgnovi Domine, quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas: a mandatis tuis timui. *Psal. Ibid.* Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. *✠.* Gloria Patri.

Oratio.

OMnipotens, & misericors DEUS qui beatam Johannam Franciscam tuo amore succensam admirandi spiritus fortitudine per omnes vitæ semitas in via perfectionis donasti; quique per illam illustrare Ecclesiam tuam nova

prole voluisti: ejus meritis, & precibus concede, ut qui infirmitatis nostræ conscius de tua virtute confidimus, cœlesti gratiæ auxilio, cuncta nobis adversantia vincamus. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ. *Prov. 31. b.*

Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ. Quæsit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis infistoris, de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, & emit cum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum. Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fustem. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ a frigoribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus,

byffus, & purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus: quando federit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananaeo. Fortitudo, & decor indumentum ejus, & ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiae, & lex clementiae in lingua ejus. Consideravit semitas domus suae, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, & beatissimam praedicaverunt; vir ejus & laudavit eam. Multae filiae congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera ejus.

Graduale. Psalm. 44. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te DEUS in aeternum.

✽. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Alleluja, alleluja.

✽. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. **Alleluja.**

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. Cap. 13. f. 44.

In illo tempore: dixit JESUS discipulis suis parabolam hanc:

Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo abscondit, & praegaudio illius vadit, & vendit universa quae habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia quae habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum caelorum sagenae missae in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, & focus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos foras miserunt. Sic erit in consummatione saeculi: exhibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis haec omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova, & vetera.

Offertorium. Psalm. 44. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te DEUS in aeternum, & in saeculum saeculi.

Secreta.

Illo nos amoris igne, quaesumus Domine, haec hostia salutaris

inflammet, quo Beatæ Johannæ Franciscæ cor vehementer incendit, & flammis adussit æternæ charitatis. Per Dominum &c.

Communio. *Ibid.* Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te DEUS, DEUS tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis.

Postcommunio.

Spiritum nobis Domine tuæ charitatis infunde, ut, quos cœlestis panis virtute satiasti, Beata Johanna Francisca intercedente, facias terrena despiciere, & te solum DEUM pura mente sectari. Per Dominum &c. in unitate ejusdem Spiritus &c.

Die xxvii. Augusti.

**IN FESTO S. JOSEPHI
CALASANTII CONFESS.**

Duplex.

Introitus. *Psal. 33.*

Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos.

Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. **Gloria Patri &c.** Venite filii &c.

Oratio.

DEUS, qui per sanctum Josephum Confessorem tuum ad erudiendam spiritum intelligentiæ, ac pietatis juventutem novum Ecclesiæ tuæ subsidium providere dignatus es; præsta quæsumus,

nos ejus exemplo, & intercessione ita facere, & docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dom.

LECTIO libri Sapientiæ. *Cap. 10.*

Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum DEI, & dedit illi scientiam Sanctorum, honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. In fraude circumventientium illum adfuit illi, & honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum; & certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret, quoniam omnium potentior est Sapientia. Hæc venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum, descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum Regni, & potentiam adversus eos, qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui maculaverunt illum, & dedit illi claritatem æternam Dominus DEUS noster.

Graduale. *Psal. 36.* Os justum meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium.

✽. Lex DEI ejus in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus ejus. **Alleluja, alleluja.**

✽. *Jacob c. 1.* Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum

pro-

probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. *Cap. 18.*

In illo tempore: Accesserunt Discipuli ad **JESUM** dicentes: Quis putas, major est in regno Cælorum? Et advocans **JESUS** parvulum statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum Cælorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno Cælorum, & qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit.

Offertorium. Psal. 10. Desiderium pauperum exaudivit Domi-

nus: præparationem cordis eorum audivit auris tua.

Secreta.

Altare tuum, Domine, muneribus cumulamus oblati; ut ejus nobis fiant supplicatione propitia, cujus nos donasti patrocinio adjuvari. Per Dominum &c.

Communio. Marci Cap. 10. Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium est enim Regnum Dei.

Postcommunio.

Sanctificati, Domine, salutari mysterio quæsumus, ut intercedente sancto Josepho Confessore tuo ad majus semper proficiamus pietatis incrementum. Per Dominum.

FESTA SEPTEMBRIS

Die VI. Septembris.

IN FESTO S. MAGNI

ABBATIS.

Semiduplex.

Missæ: Os justii. *De Abbatibus.*

Die IX. Septembris.

IN FESTO S. CORBINIANI

EPISC. ET CONFESS.

Semiduplex.

Introitus. Psal. 131.

Sacerdotes tui, Domine, induant justitiam: & Sancti tui exultent: propter David servum

tuum, non avertas faciem Christi tui.

Psal. Ibid. Memento, Domine, David: & omnis mansuetudinis ejus. *γ.* Gloria Patri.

Oratio.

Exaudi, quæsumus Domine, preces nostras, quas in beati Corbiniani Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis ab

K

omni-

omnibus nos absolve peccatis.
Per Dominum.

**Pro Commemoratione Octavæ
Nativitatis B. V. Mariæ.**

Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus Domine, cœlestis gratiæ munus impertire: ut, quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium; Nativitatis ejus votiva solemnitas, pacis tribuat incrementum.

**Pro S. Gorgonii Martyre
Oratio.**

Sanctus tuus, Domine, Gorgonium sua nos intercessione lætificet: & pia faciat solemnitate gaudere. Per Dominum.

Si autem Festum S. Corbiniani occurrat infra octavam SS. Angelorum Custodum, fit de iis Commemoratio ante S. Gorgonium. Orationes uti in Missali Romano 2. Octobris, vel ad initium Septembris.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. *Hebr. 7. d.*

FRatres! Plures facti sunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: JESUS autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotium. Unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad DEUM: semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, ut nobis esset

Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus: qui non habet necessitatem quotidie quemadmodum Sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, seipsum offerendo JESUS Christus Dominus noster.

Graduale. Psalm. 131. Sacerdotes ejus induam salutari, & sancti ejus exultatione exultabunt. *v. Psalm. 109.* Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo. **Alleluja, alleluja.** *v.* Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **Alleluja.**

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. M. i. th. 25. b.

IN illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit

fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. Post multum vero temporis venit Dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

Credo. Propter Octavam B.V.

Offertorium. Psal. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

SAncti Corbiniani Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ

dona conciliet. Per Dominum.

Pro Octava Nativit. B. V. Mariæ.

Secreta.

UNigeniti tui, Domine, nobis succurrat humanitas: ut, qui natus de Virgine, Matris integritatem non minuit, sed sacravit; in Nativitatis ejus solemniis, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram tibi faciat acceptam **JESUS** Christus Dominus noster.

Pro S. Gorgonio Mart.

Secreta.

GRata tibi sit, Domine, nostræ servitutis oblatio: pro qua sanctus Gorgonius Martyr interventor existat. Per Dominum.

Communio. Matth. 24. Beatus Servus, quem cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

DEus, fidelium remunerator animarum, præsta: ut beati Corbiniani Confessoris tui, atque Pontificis, cujus venerandam celebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

Pro Octava Nativit. B. V. Mariæ.

Postcommunio.

Sumpsimus, Domine, celebritatis annuæ votiva Sacramenta:

ta: præsta quæsumus; ut & temporalis vitæ nobis remedia præbeant & æternæ.

Pro S. Gorgonio Mart.

Postcommunio.

Familiam tuam, DEUS, suavitas æterna contingat, & vegetet: quæ in Martyre tuo Gorgonio, Christi Filii tui bono jugiter odore pascatur. Qui tecum vivit et regnat.

Die XVIII. Septembris.

IN FESTO S. JOSEPHI

A CUPERTINO CONFESS.

Ord. Min. S. Francisci Conventualium.

Duplex.

Introitus. Eccl. c. 1. v. 14. & 15.

Dilectio DEI honorabilis sapientia: quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum.

Psal. 83. v. 1. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. **v. Gloria Patri &c.**

Oratio.

DEUS, qui ad Unigenitum Filium tuum exaltatum a terra omnia trahere disposuisti: perforce propitius, ut meritis & exemplo Seraphici Confessoris tui Josephi supra terrenas omnes cupiditates elevati ad Eum pervenire merea-

mur. Qui tecum vivit, & regnat &c.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Epist. 1. c. 13.

Fratres! Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam; & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Caritas patiens est, benigna est: Caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidit, sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cassabunt, sive scientia destruetur.

Graduale. Psalm. 20. Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

v. Vi-

v. Vitam petiit a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi. **Alleluja**, alleluja.

v. Eccl. i. c. 11. v. 13. Oculus DEI respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltavit caput ejus. **Alleluja**.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. **Cap. 22.**

IN illo tempore loquebatur JESUS Principibus Sacerdotum, & Phariseis in parabolis dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, & volebant venire. Iterum misit alios servos suos dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei, & altilia mea occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt servos ejus, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis Exercitibus suis perdidit homicidas illos, & civitatem eorum succendit. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, &

quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt, malos, & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intravit autem Rex, ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: Et ait illi: Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris: Ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Offertorium. Psalm. 34. v. 13. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in sinu meo convertetur.

Secreta.

LAudis tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum, quibus nos & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dom.

Communio. Psalm. 68. v. 30. 31. Ego sum pauper, & dolens: salus tua DEUS suscepit me. Laudabo nomen DEI cum cantico: & magnificabo eum in laude.

Postcommunio.

REfecti cibo, potuque cœlesti, DEUS noster, te supplices exo-

L

ra-

ramus, ut in cujus hæc commemoratione percepimus, ejus muniamur & precibus. Per Dominum.

Die XXII. Septembris.

IN FESTO S. EMMERAMI

EPISCOPI ET MARTYRIS,

Patroni Ratisbon.

Duplex.

Introitus. Eccl. 45.

STatuit ei Dominus testamentum pacis, & Principem fecit eum: ut sit illi Sacerdotii dignitas in æternum.

Psal. 131. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. **ꝫ. Gloria Patri.**

Oratio.

Infirmitatem nostram respice Omnipotens DEUS: & quia pondus propriæ actionis gravat; beati Emmerami Martyris tui atque Pontificis, intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Pro Commemoratione

SS. MART. MAURITII,

& Sociorum ejus

extra Templum Cathedrale.

Oratio.

Annue, quæsumus, Omnipotens DEUS: ut sanctorum Martyrum tuorum Mauriti, & Sociorum ejus nos lætificet festiva solemnitatis: ut, quorum suffragiis nitimur, eorum natalitiis gloriamur. Per Dominum.

Lectio Libri Sapientiæ. Sap. 10. b.

Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum DEI, & dedit illi scientiam Sanctorum; honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum, adfuit illi, & honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum, & certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum: descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam adversus eos, qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui maculaverunt illum, & dedit illi claritatem æternam Dominus DEUS noster.

Graduale. Psal. 88. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **ꝫ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluja, alleluja. ꝫ. Psal. 109.** Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. **Alleluja.**

Sequen-

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 14. f.*

IN illo tempore: Dixit JESUS turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum; ne, posteaquam posuerit fundamentum, & non poterit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis Rex iturus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Offertorium. Psal. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum

ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

HOSTIAS, tibi Domine, beati Emmerami Martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum.

Pro SS. Mart. Mauritio & Sociis ejus

Secreta.

RESPICE, quæsumus Domine, munera, quæ in Sanctorum Martyrum tuorum Mauritii & Sociorum ejus commemoratione deserimus: & præsta, ut, quorum honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessione perpetua. Per Dominum.

Communio. Ibid. Semel juravi in Sancto meo: semen ejus in æternum manebit: & sedes ejus sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fidelis.

Postcommunio.

RESECTI participatione muneris sacri, quæsumus Domine DEUS noster: ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Emmeramo Martyre tuo, atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum.

Pro SS. Mauritio & Sociis MM.

Postcommunio.

Cœlestibus reſecti Sacramentis
& gaudiis, supplices te rogamus,
Domine: ut, quorum gloriamur
triumphis, protegamur auxiliis. Per Dominum.

In Cathedrali Ecclesia transfertur Festum
S. Mauriti & Sociorum ejus, in diem
Festo 9 Læctionum non impeditam: et

celebratur sub ritu duplici cum Missa
propria, ut in Missali Romano.

Die xxvi. Septembris.

IN FESTO S. LAURENTII
JUSTINIANI

EPISCOPI ET CONFESS.

Semiduplex.

Hodie dies fixus ex speciali Concessione
S. R. C. 28 Aug. 1734, alias 5 Septemb.
Missa: Statuit. De Communi Conf.
Pont. cum Commemoratione Ss. Cy-
priani et Justinæ Mart.

FESTA OCTOBRIS.

Die vii. Octobris.

FESTUM TRANSLATIONIS

S. WOLFGANGI

EPISCOPI PATRONI PRINCIPALIS
DIOECESEOS.

Duplex.

Introitus. *Eccli 45.*

Statuit ei Dominus testamen-
tum pacis, & principem fecit
eum: ut sit illi Sacerdotii digni-
tas in æternum.

Psalmus. Misericordias Do-
mini in æternum cantabo. Glo-
ria in excelsis.

Oratio.

Sancti Pontificis tui Domine &
Patris nostri Wolfgangi so-
lennitatem nobis celebrantibus
tribue, ut sicut translationem
ejus devotissime colimus, ita &
actus ejus fideliter imitemur.
Per Dominum N. J. C.

Et fit Commemoratio de
S. Marco.

Oratio.

Exaudi, Domine, quæsumus
preces nostras, & interve-
niente beato Marco Confessore
tuo atque Pontifice indulgen-
tiam nobis tribue placatus &
pacem.

Commemoratio sanctorum mar-
tyrum Sergii, Bacchi, Mar-
celli, & Apuleii.

Oratio.

Sanctorum Martyrum tuorum
nos, Domine, Sergii, & Bac-
chi, & Marcelli, & Apuleii beata
merita prosequantur, & tuo sem-
per faciant amore ferventes. Per
Dominum nostrum.

Lectio

Lectio Epistolæ beati Pauli

ad *Timothæum* 2. c. 4.

Charissime! Testificor coram Deo, & Jesu Christo, qui iudicaturus est vivos & mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus: prædica verbum, instæ oportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus: & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigilia, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt eum.

Graduale. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. *✠.* Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. *Alleluja, alleluja. ✠.* Juravit Dominus, & non poenitebit eum: Tu es Sacerdos in

æternum secundum ordinem Melchisedech.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis: ut, cum venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos, cum venerit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

Offertorium. Psal. 88. Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Hostias, quæsumus Domine, quas tuæ majestati consecran-

M

crandas offerimus, interveniente beato Wolfgango Confessore tuo atque Pontifice ad perpetuam atque præsentem fac nobis provenire salutem. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Pro sancto Marco.

Accepta tibi sit, Domine! factæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione nostra cognoscit auxilium.

Pro sanctis Martyrib.

Majestatem tuam nobis quæsumus Domine hæc hostia reddat immolando placatam: Tuorum digna postulatione Sanctorum. Per Dominum &c.

Communio.

Beatus fervus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: Amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Tua sancta fumentes, quæsumus Domine Deus noster, ut beati Wolfgangi Confessoris tui atque Pontificis nos foveant continuata præsidia. Per Dom.

Pro sancto Marco.

DA, quæsumus Domine! fidelibus tuis populis Sanctorum tuorum semper veneratione

lætari, & eorum perpetua supplicatione muniri.

Pro sanctis martyribus Sergio, Baccho, Marcello & Apuleio.

Sacramentis, Domine, muniamur acceptis, & sanctorum tuorum Sergii, & Bacchi, Marcelli & Apuleii meritis intercedentibus, contra omnes nequities irruentes armis cœlestibus protegamur. Per Dominum.

Die ix. Octobris.

IN FESTO S. DIONYSII

PATRONI RATISBON.

ET SOC. MART.

Duplex.

Missæ: Sapientiam. Ut in Missali Romano.

Die x. Octobris.

IN FESTO S. LUDOVICI

BERTRANDI

CONFESS. NON PONTIF.

Duplex.

Missæ: Os Justi. De Communi Conf. non Pontif.

O r a t i o.

DEus, qui beatum Ludovicum Confessorem tuum per corporis mortificationem, & fidei præconium, Sanctorum gloriæ coequalisti: præsta, ut quod fide profitemur, pietatis operibus jugiter impleamus. Per Dominum.

Fit Commemoratio Ss. Gereonis et Sociorum Martyrum ut infra,

In

In Ecclesia Cathedrali translato Festo
S. Ludovici Bertrandi

FESTUM SS. GEREONIS

ET SOCIORUM MART.

Duplex.

Introitus. Psalm. 78.

Intret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem Sanctorum tuorum: qui effusus est.

Psalm. Ibid. DEUS venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. **✠. Gloria Patri.**

Oratio.

DEUS, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum, Gereonis & Sociorum ejus, natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. **Hebr. 11.**

Fratres! Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres

de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati inventi sunt: in Christo JESU Domino nostro.

Graduale. Exod. 15. Gloriosus DEUS in Sanctis suis: mirabilis in majestate, faciens prodigia. **✠.** Dexterâ tuâ Domine glorificata est in virtute: dexterâ manus tuâ confregit inimicos. **Alleluja, alleluja.** **✠. Eccl. 44.** Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt: & nomina eorum vivent in generatione & generationem. **Alleluja.**

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. **Luc. 21. c.**

In illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis: Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra

gentem, & regnum adversus regnum. Et terræ motus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præfides, propter nomen meum: continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari, quemadmodum respondeteis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. **Credo.**

Offertorium. Psal. 67. Mirabilis DEUS in Sanctis suis: DEUS Israel, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus DEUS. **Alleluja.**

Secreta.

MUnera tibi, Domine, nostræ devotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore justorum; & nobis salutaria,

te miserante, reddantur. Per Dominum.

Communio. Sap. 3. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, DEUS tentavit eos: tanquam aurum in fornace probavit eos, & quasi holocausta accepit eos.

Postcommunio.

PRæsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis Martyribus tuis, Gereone & Sociis ejus, ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Die XII. Octobris.

IN FESTO S. MAXIMILIANI

EPISCOPI ET MART.

Duplex.

Missæ: Sacerdotes DBI. De Communio unius Mart. Pontificis.

Die XIII. Octobris.

IN FESTO S. COLOMANNI

MARTYRIS.

Semiduplex.

Introitus. Psal. 20.

IN virtute tua, Domine, lætatur justus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

Psal. Ibid. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. **v.**

Gloria Patri.

Ora-

Oratio.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens DEUS: ut intercedente beato Colomanno Martyre tuo, & a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli. *1. Pet. 4. c.*

Charissimi! Communicantes Christi Passionibus gaudete, ut & in révelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis DEI, & qui est ejus spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem DEUM in isto nomine. Quoniam tempus est, ut incipiat iudicium a domo DEI. Si autem primum a nobis: quis finis eorum, qui non credunt DEI Evangelio? Et si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt? Itaque & hi, qui patiuntur secundum voluntatem DEI, fidei Creatori commendent animas suas in beneficiis.

Graduale. Psal. 111. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis

ejus cupit nimis. *Ps.* Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. Alleluja, alleluja. *Ps.* Posuisti Domine super caput ejus coronam de lapide pretioso. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. *Matth. 16. d.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera ejus.

Offertorium. Psal. 8. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine.

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra devotio: & ejus nobis fiat supplicatione salutaris, pro cujus solemnitate defertur. Per Dominum.

N

Com.

Communio. Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine DEUS noster: ut, cujus exequimur cultum; intercedente beato Colomanno Martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dominum.

Eodem die

FESTUM S. EDUARDI
REGIS CONFESS.

Semiduplex de præcepto.

Sed transfertur in hac Dioecesi propter Festum S. Colomanni Mart.

Die XVI. Octobris.

IN FESTO S. GALLI
ABBATIS.

Semiduplex.

Missa: Os iusti. De Communi Abbatum.

Die XX. Octobris.

IN FESTO S. JOANNIS
CANTII
CONFESSORIS.

Semiduplex.

Introitus. Ecl. 18. 12.

Miseratio hominis circa proximum; Misericordia autem DEI super omnem carnem. Qui Misericordiam habet, docet, & erudit quasi Pastor gregem suum.

Psal. 1. 1. Beatus Vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in

cathedra pestilentiae non sedit.
Gloria Patri &c. Miseratio hominis &c.

Oratio.

DA quæsumus Omnipotens DEUS, ut sancti Joannis Confessoris exemplo in scientia Sanctorum proficientes, atque aliis misericordiam exhibentes, ejus meritis indulgentiam apud te consequamur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ Beati Jacobi
Apostoli. **Cap. 2. 12.**

Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari: Judicium enim sine misericordia illi, qui non facit misericordiam: superexaltat autem misericordia judicium. Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum? Si autem frater, & soror nudi sunt, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini, & saturamini; non dederit autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

Graduale. Psal. 106. 8. Confiteantur Domino misericordiae ejus; & mirabilia ejus filiis hominum.

✠.

9. Psal. 106. 9. Quia satiavit animam inanem, & animam esurientem satiavit bonis. Alleluja, alleluja.

9. Proverb. 31. 20. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 12. 35.*

IN illo tempore dixit Iesus Discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut, cum venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes, amen dico vobis, quod præcinctet se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. **E**t si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sinceret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

Offertorium. Job. 29. 14. Justitia indutus sum; & vestivi me sicut vestimento, & diademate, iudicio meo; oculus fui cæco,

& pes claudo: Pater eram pauperum.

Secreta.

HAs quæsumus Domine hostias sancti Joannis Confessoris tui meritis benignus adsume, & præsta, ut te super omnia, & omnes propter te diligentes, corde tibi, & opere placeamus. Per Dom.

Communio. Luc. 6. 38. Date, & dabitur vobis, mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.

Postcommunio.

Pretiosi corporis, & sanguinis tui Domine pasti deliciis; tuam supplices deprecamur clementiam, ut sancti Joannis Confessoris tui meritis, & exemplis, ejusdem caritatis imitatores effecti, consortes simus & gloriæ. Qui vivis &c.

Die XXI. Octobris.

IN FESTO S. URSULÆ

ET SOCIARUM VIRG. ET MART.

Duplex.

Introitus.

Me expectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua Domine intellexi: omnis con summationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Psalm.

Psalm. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in Lege Domini. *✠ Gloria Patri.*

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine DEUS noster, sanctarum Virginum & Martyrum tuarum Ursulæ & Sociarum ejus palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dom.

**Pro Commemoratione
S. HILARIONIS**

ABBATIS.

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Domine, beati Hilarionis Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 7. c.*

FRatres! De Virginitate præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti.

Et si nupserit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat DEO. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divites est. Et mulier inupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu: in Christo JESU Domino nostro.

Graduale. Psal. 44. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem. *✠* Propterea unxit te DEUS, DEUS tuus oleo lætitiæ, **Alleluja, alleluja.** *✠ Ibid.* Adducentur tibi virgines post eam, proximæ ejus afferentur tibi in lætitia, **Alleluja.** **Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 25.**

In illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis parabolam hanc:

Simile

Simile erit regnum Cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virginés illæ, & ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus; & quæ paratæ erant; intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. Novissime vero veniunt & reliquæ virginés, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

Offertorium. Psal. 44. Afferentur Regi virginés post eam: proximæ ejus afferentur tibi in lætitia, & exultatione: adducentur in templum Regi Domino.

Secreta.

Intende, quæsumus Domine, munera altaribus tuis pro sanctarum Virginum & Martyrum tuarum Ursulæ & Sociarum ejus festivitate proposita: ut sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum.

Pro S. Hilarione

Secreta.

Sacris altaribus, Domine, hostias superpositas sanctus Hilarion Abbas, quæsumus, in salutem nobis provenire deposcat. Per Dominum.

Communio. Psal. 118. Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me; ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis justificationibus, ut non confundar.

Postcommunio.

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis Virginibus & Martyribus tuis: ut quod ore contigimus; pura mente capiamus. Per Dominum.

O

Pro

Pro S. Hilarione**Postcommunio.**

Protegat nos, Domine, cum tui perceptione Sacramenti beatus Hilarion Abbas, pro nobis intercedendo; ut & conversationis ejus experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum.

Die XXIII. Octobris.

**IN FESTO S. PETRI
PASCHASII**

EPISCOPI ET MARTYRIS.

Duplex.

Missa: Sacerdotes **DEI. De Communi**
unius Martyris Pontificis,

Die XXV. Octobris.

**IN FESTO SS. CRISPINI
ET CRISPINIANI MARTYRUM.****Semiduplex.**

Missa: Sapientiam Sanctorum. **De Com-**
muni plurimorum Martyrum.

Cum Commemoratione

SS. CRYSAN THI ET DARIE

MARTYRUM.

Ex Missali Romano.

Die XXX. Octobris.

DE VIGILIA**OMNIUM SANCTORUM**

Nihil fit in Missa, nec in Officio diei,
sed, anticipatur solum illius jejunium.

Die XXXI. Octobris.

IN FESTO S. WOLFGANGI

EPISCOPI ET CONFESS.

A C

**Diœcesis Ratisbonensis Patroni
Principalis.****Duplex.**

Cum Octava per totam Diœcesin.

Missa: Sacerdotes tui. **De Communi**
Confess. Pontif.

Oratio.

DEUS, qui nobis æternæ salutis beatum Wolfgangum Episcopum Ministrum tribuisti: præsta, quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, Intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum.

Et dicitur Credo.

De Vigilia Omnium Sanctorum nulla fit
commemoratio; ideo nec ejus Evan-
gelium in fine Missæ legitur.

Secreta.

Sancti Wolfgangi Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

Postcommunio.

DEUS, fidelium remunerator animarum, præsta: ut beati Wolfgangi Confessoris tui atque Pontificis, cujus venerandam celebra-

lebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

Intra Octavam S. Wolfgangi fit quotidie ejus commemoratio, excepto Festo omnium Sanctorum.

FESTA NOVEMBRIS.

Dominica prima vel alia non impedita Novembris in Diocesi Ratisbonensi celebratur

FESTUM PATROCINII

B. V. MARIE.

Duplex.

Missa: Salve sancta Parens. **Votiva B. V. Mariæ post Pentecosten. cum Gloria, Credo, & Præfatione B. Mariæ: Et te in Festivitate. Cum Commemoratione Dominicæ, cujus Evangelium legitur in fine Missæ.**

Die VI. Novembris.

**INFRA OCTAVAM
OMNIUM SANCTORUM.**

Semiduplex.

Missa: Ut in Festo I. Nov.

Commemoratio Octavæ S. Wolfgangi, (tres Orationes, ut supra) & S. Leonardi Abbatis.

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Domine, beati Leonardi Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus; ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Pro S. Leonardo.

Secreta.

Sacris Altaribus Domine, Hostias superpositas sanctus Leonardus Abbas, quæsumus, in fa-

lutem nobis provenire deposcat. Per Dominum.

Pro eodem Sancto

Postcommunio.

Protegat nos, Domine, cum tui perceptione Sacramenti beatus Leonardus Abbas pro nobis intercedendo: ut & conversationis ejus experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum nostrum.

Die VII. Novembris.

**IN DIE OCTAVA
S. WOLFGANGI.**

Duplex.

Missa ut supra in Festo, cum Commemoratione Octavæ omnium Sanctorum.

Die XIII. Novembris.

**IN FESTO S. STANISLAI
KOSTKÆ.**

Duplex.

Introitus. *Sap. 4. 13.*

Consummatus in brevi explevit tempora multa; placita enim erat DEO anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

Psal. 112. 1. Laudate pueri Dominum: Laudate Nomen Domini. Gloria Patri &c.

Oratio.

DEUS, qui inter cætera sapientiae tuæ miracula etiam in tenera ætate maturæ sanctitatis gratiam contulisti; da quæsumus, ut beati Stanislai exemplo, tempus instanter operando redimentes, in æternam ingredi requiem festinemus: Per Dominum &c.

Lectio Libri Sapientiae.

Cap. 4. v. 7.

Justus, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit; senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata: placens DEO factus est dilectus, & vivens inter peccatores translatus est: raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius, fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & instantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explevit tempora multa; placita enim erat DEO anima illius: propter hoc prope- ravit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia: quoniam gratia DEI & misericordia est in sanctos ejus, & respectus in ele-

ctos illius. Condemnat autem justus mortuus vivos impios, & juvenus celerius consummata longam vitam injusti.

Graduale. Psalm. 20. 2. Desiderium cordis ejus tribuisti ei, & voluntate laborum ejus non fraudasti eum. **v.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. **Alleluja, alleluja.**

v. Psalm. 118. 152. Initio cognovi de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea. **Alleluja.**

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 19. v. 13.

In illo tempore oblati sunt JESU parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. JESUS vero ait eis: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire; talium est enim regnum Cælorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus est bonus DEUS: si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi: Quæ? JESUS autem dixit: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices; honora patrem tuum & matrem tuam, & diliges

diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi Adolescens: Omnia hæc custodivi a juventute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende, quæ habes, & da pauperibus & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.

Offertorium. Psal. 42. 4. Introibo ad altare DEI: ad DEUM, qui lætificat juventutem meam.

Secreta.

Angelorum pane, quæsumus Domine, beati Stanislai nos intercessio dignos efficiat, qui eo meruit angelica manu recreari: Per Dominum &c.

Communio. Eccl. 15. 3. Cibavit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potavit illum.

Postcommunio.

UT nobis, Domine, cœlestis, quem sumpsumus, panis sit vitæ, beato Stanislao Confessore tuo intercedente, quæsumus, ut panis sit intellectus, & potus aqua sapientiæ salutaris: per Dom. &c.

Die xv. Novembris.

IN FESTO B. ALBERTI M.

EPISC. ET CONFESS.

Duplex.

Missa: Statuit. **De Communi Confess. Pontificis.**

Oratio.

DEUS, qui nobis æternæ salutis beatum Albertum Episcopum Ministrum tribuisti: præsta quæsumus; ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum nostrum.

In Cathedrali Ecclesia dicitur Credo.

Eodem die

FESTUM S. GERTRUDIS

VIRGINIS ET ABBATISSÆ.

Duplex.

Transfertur in hac Dioecesi propter Festum S. Alberti Episcopi Conf.

Die xvi. Novembris.

IN FESTO S. FLORINI

PRESBYT. CONFESS.

Semiduplex.

In Cathedrali Eccl. Dupl. cum Credo.

Missa: Os justi. **De Communi Confess. non Pontificis.**

Oratio.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui beatum Florinum Confessorem tuum æternæ beatitudinis gloria sublimasti: concede propitius; ut cujus merita veneramur in terris, intercessionis ejus auxilio muniamur in cœlis. Per Dominum.

P

Et

Et fit Commemoratio

S. OTHMARI ABBATIS.**Oratio:** Intercessio. De Comuni Abbatum.

Die xxvii. Novembris.

IN FESTO S. VIRGILII

EPISCOPI ET CONFESS.

Duplex.**Missa:** Statuit. De Comuni Conf. Pontif.**FESTA DECEMBRIS.**

Die iv. Decembris.

IN FESTO S. BARBARÆ

VIRG. ET MART.

Duplex.**Missa:** Loquebar. De Comuni Virginis et Martyris.**Festum S. Petri Chrysologi transfertur.**

Die xiii. Decembris.

IN FESTO S. LUCIÆ

VIRG. ET MART.

Post Commemorationem Octavæ**Conceptionis B. V. Mariæ fit etiam Commemoratio****S. OTTILIÆ VIRGINIS.****Oratio.**

DEus, omnium gentium illuminator, qui mira opera in virtute beatæ Ottiliæ demonstrasti, quæsumus clementiam tuam; ut sicut ipsius nativæ cæcitatibus tenebras effugasti, ita nobis ejus precibus & meritis temporale lumen, & æternitatis gloriam largiaris. Per Dominum.

Pro S. Lucia V. & M.**Secreta.**

Suscipe Domine munera, quæ in beatæ Luciæ Virginis & Martyris tuæ solemnitate deferi-

mus; cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

Pro Octava Concept. B. V. M.**Secreta.**

Unigeniti tui, Domine, nobis succurat humanitas: ut, qui natus de Virgine, Matris integritatem non minuit, sed sacravit, in Conceptionis ejus solemnibus, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram tibi faciat acceptam **JESUS** Christus Dominus noster.

Pro S. Ottilia V.**Secreta.**

Acepta tibi sit Domine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Pro S. Lucia Virg. & Mart.**Postcommunio.**

Auxilientur nobis, Domine, sumpta mysteria: & intercedente beata Lucia Virgine & Martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dom.

Pro

Pro Octava Concept. B. V. M.

Postcommunio.

Sumpfimus, Domine, celebritatis annuæ votiva Sacramenta: præsta quæsumus; ut & temporalis vitæ nobis remedia præbeant & æternæ.

Pro S. Ottilia Virg.

Postcommunio.

Satiasti Domine, familiam tuam muneribus sacris; ejus quæsumus semper interventione nos refove, cujus solemnia celebramus. Per Dominum.

MISSA

DE VENERABILI

SACRAMENTO

In hac Diœcesi dicenda quavis feria V. juxta Rubricas non impedita, fumitur ex Missâ votiva, ut in Missâ Romano. Introitus: Cibavit. Inter votivas quinto loco, cum Gloria & Præfatione de Nativitate Domini sine Credo: ritu semiduplici. 2. & 3. Oratio, & alia post Epistolam, pro diversitate temporis.

MISSA

De Commemoratione

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. V. MARIE

Sub ritu duplici,
quovis Sabbato juxta Rubricas non impedito dicenda,

Introitus.

Salve sancta parens, enixa puerpera Regem: qui cœlum, terramque regit in sæcula sæculorum.

Psal. 44. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. **v. Gloria Patri.**

Dicitur: Gloria in Excelsis.

Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus Domine, cœlestis gratiæ munus impertire: ut, quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium; pia conceptionis ejus commemoratio pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

Lectio Libri Sapientiæ. Prov. 8.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar; adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cœlos, aderam: quando certa lege & gyro vallabat abyssos: quando æthera firmabat fursum, & librabat fontes aquarum: quando circumda-

bat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii audite me: Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem a Domino.

Graduale. Benedicta & venerabilis es Virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris. ✠ Virgo DEI Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluja, alleluja. ✠ Felix es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol justitiæ Christus DEUS noster. Alleluja.

Post Septuagesimam omisso Alleluja & versu sequenti dicitur.

Tractus. Gaude Maria Virgo, cunctas hærefes sola interemisti. ✠ Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti. ✠ Dum Virgo

DEUM & hominem genuisti: & post partum Virgo inviolata permansisti. ✠ DEI Genitrix intercede pro nobis.

Post Pascha omisso Graduali, & Tractu dicitur Num. 17. Alleluja, alleluja. Virga Jesse floruit: Virgo DEUM, & hominem genuit: pacem DEUS reddidit, in se reconcilians immanissimis. Alleluja. ✠ *Luc. 1.* Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Alle.

Initium sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 1.

Liber generationis Jesu Christi Filii David, Filii Abraham. Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Judam, & fratres ejus: Judas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Efron: Efron autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab: Aminadab autem genuit Naasson: Naasson autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Rahab: Booz autem genuit Obed ex Ruth: Obed autem genuit Jesse: Jesse autem genuit David Regem. David autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam: Abias autem genuit

genuit Afa. Afa autem genuit Josaphat: Josaphat autem genuit Joram: Joram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Joatham: Joatham autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassën: Manassës autem genuit Amon: Amon autem genuit Josiam: Josias autem genuit Jechoniam, & fratres ejus in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor: Azor autem genuit Sadoc: Sadoc autem genuit Achim: Achim autem genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Joseph, virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Non dicitur: Credo.

Offertorium. Beata es Virgo Maria, quæ omnium portasti Creatorem: genuisti, qui de fecit, & in æternum permanes Virgo.

Secreta.

Unigeniti tui, Domine, nobis succurrat humanitas: ut, qui natus de Virgine, matris integri-

tatem non minuit, sed sacravit, in Conceptionis ejus commemoratione, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostram tibi faciat acceptam Jesus Christus Dominus noster: Qui tecum vivit, & regnat.

Præfatio de Beata Virgine: Et te in Conceptione.

Communio. Beata Viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

Postcommunio.

Sumpsimus, Domine, celebritatis sanctæ votiva Sacramenta: præsta quæsumus; ut & temporalis vitæ nobis remedia præbeant, & æternæ. Per Dominum.

NB. **Tempore Paschæ, ad Introitum Missæ additur duplex Alleluja: ad Offertorium & Communionem vero unum.**

MISSA

Ad postulandam gratiam

BENE MORIENDI

A Clemente Papa XI. pro Ecclesia universalis approbata, colore violaceo Paramentorum.

Introitus. Psalm. 12.

Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Psalm. Ibid. Usquequo Domine, oblivisceris me in finem? Usquequo avertis faciem tuam a me.

¶ Gloria Patri.

Q

Ora-

Oratio.

Omnipotens & misericors DEUS, qui humano generi & salutis remedia, & vitæ æternæ munera contulisti: respice propitius nos famulos tuos, & animas refove, quas creasti; ut in hora exitus earum, absque peccati macula tibi Creatori suo per manus sanctorum Angelorum representari mereantur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Cap. 14. b.*

Fratres, nemo nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut & mortuorum, & vivorum dominetur. Tu autem, quid judicas fratrem tuum? Aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur DEO. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet DEO.

Graduale. Psalm. 22. Si ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es, Domine.

℣. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. **Alleluja, alleluja.**

℣. Psalm. 30. In te, Domine, speravi, non confundar in æternum: in justitia tua libera me, & eripe me: inclina ad me aurem tuam, accelera, ut eripias me. **Alleluja.**

Post Septuagesimam, omittis Alleluja, & Versu seq. dicitur Tractus. Psalm. 24. De necessitatibus meis eripe me, Domine: vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. **℣.** Ad te, Domine, levavi animam meam: DEUS meus, in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. **℣.** Etenim universi, qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Tempore Pasch. omittitur Graduale, & ejus loco dicitur Alleluja, alleluja. ℣. Psalm. 133. In exitu Israel de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro. **Alleluja. ℣. Psalm. 107.** Paratum cor meum DEUS, paratum cor meum: cantabo, & psallam tibi, gloria mea. **Alleluja.**

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 21. g.

In illo tempore: Dixit JESUS discipulis suis: Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra

vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ: & superveniat in vos repentina dies illa: tanquam laqueus enim superveniet in omnes, qui sedent superfaciem omnis terræ. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia; quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.

Offertorium. Psalm. 30. In te speravi, Domine, dixi: Tu es DEUS meus, in manibus tuis tempora mea.

Secreta.

Suscipe, quæsumus Domine, hostiam, quam tibi offerimus pro extremo vitæ nostræ, & concede: ut per eam univêrsa nostra

purgentur delicta; ut, qui tuæ dispositionis flagellis in hac vita atterimur, in futura requiem consequamur æternam. Per Dom.

Communio. Psalm. 70. Domine memorabor justitiæ tuæ solius: DEUS, docuisti me a juventute mea: & usque in senectam, & senium: DEUS, ne derelinquas me.

Postcommunio.

Quæsumus, clementiam tuam, omnipotens DEUS, ut per hujus virtutem Sacramenti nos famulos tuos gratia tua confirmare digneris: ut in hora mortis nostræ non prævaleat contra nos adversarius, sed cum Angelis tuis transitum habere mereamur ad vitam. Per Dominum.

I N D E X

FESTORUM PROPRIORUM.

JANUARIUS.

XIX. S. Erhardi Episc. cum Comm. SS. Marii & Marthæ. — — Fol. 3 4 & 5

FEBRUARIUS.

I. S. Ignatii Episc. & Mart. Commem. S. Brigide Virg. — — — — 5

VI. S. Dorothee Virg. & M. **semid. Commem.** S. Amandi Episc. & Confessoris. — — — — 5 & 6

IX. S. Apolloniae Virg. & M. **dupl.** — — — — 6

XVI. S. Julianæ Virg. & Mart. — — — — 6

MARTIUS.

III. S. Chunegundis Imperat. Virg. **dupl.** — — — — 6

XVII. S. Patricii Episc. & Confessoris **semiduplex. Commem.** S. Gertrudis Virg. — — — — 8

XXII. S. Catharinae Vastan. Virg. **dupl.** — — — — 9

XXVII. S. Ruperti Episc. & Conf. **dupl.** — — — — 9

APRILIS.

Festum Patrocini S. Josephi. dupl. — — — — 10

XXIII. S. Adalberti Episc. & Mart. — — — — 11

Eodem die in Cathedrali Ecclesia S. Leon-
tii Mart. **duplex.** — — — — 11

XXIV. S. Georgii Mart. **dupl.** — — — — 11

Eodem die S. Fidelis Mart. **dupl.** — — — — 11

XXVII. S. Peregrini Conf. **dupl.** — — — — 12

MAJUS.

I. S. Walburgæ Virg. **Commem.** — — — — 12

IV. S. Floriani Mart. **dupl.** — — — — 12

V. Coronæ Domini, **dupl. cum Commem.**

S. Godehardi Episc. & Confessoris. 13 & 14

Eodem die S. Pii V. Papæ Conf. **dupl.** — — — — 15

XVI. S. Joannis Nepomuceni Mart. **dupl.**

2. Clasis. — — — — — — — — 15

XVII. S. Paschalis Baylon Conf. **dupl.** — — — — 17

Eodem die S. Ubaldi Episc. & Confess. **semidupl.** — — — — — — — — 17

XXV. — — — — — — — — — — — — — —

Q 2

XXV. S. Gregorii VII. Papæ & Conf.	17
<i>duplex.</i>	
XXVII. S. Mariæ Magdalene de Pazzis	17
Virg. <i>femid.</i>	

JUNIVS.

Feria sexta vel Dominica post Octavam	
Corporis Christi Solemnitas sacratissimi	
Cordis Jesu	18
XV. SS. Viti & Soc. Mart. <i>dupl.</i>	19
XVI. S. Bennonis Episc. & Confessoris	19
<i>dupl.</i>	
XXII. SS. Achatii & Soc. MM. <i>femi-</i>	
<i>duplex cum Commemor.</i> S. Paulini	
Episc. Conf.	20
XXV. S. Guilielmi Abb. <i>dupl. cum Com-</i>	
<i>mem.</i> S. Gallicani Mart.	22

JULIVS.

IV. S. Udalrici Episc. & Conf. <i>dupl.</i>	22
VII. S. Wilibaldi Episc. & Conf.	25
VIII. S. Elifabethæ Reginae Portugal-	
liae. <i>femid. cum Commem.</i> S. Chilia-	
ni Episc. & Mart.	25
XV. Divisionis Apostolorum <i>dupl.</i>	25
Eodem die S. Henrici Imperatoris &	
Conf. <i>dupl.</i>	27
Eodem die S. Camilli Conf. <i>dupl.</i>	27
XVIII. In Ecclesia Cathedrali S. Justini	
Mart. <i>duplex, cum Commem.</i> SS.	
Symphorosaë & Filior. Mart.	27
XX. S. Margaritæ Virg. & Mart. <i>dupl.</i>	29
Eodem die S. Hieronymi Æmil. Conf.	
<i>dupl.</i>	29

AUGVSTVS.

V. S. Mariæ, ad Nives. <i>Commem.</i> S.	
Oswaldi Regis & Mart.	32
IX. SS. Afre & Sociarum. <i>femid.</i>	32
XXI. S. Johanne Franciscæ Vid. <i>dupl.</i>	34
XXVII. S. Josephi Calanct. Confels.	
<i>duplex.</i>	36

SEPTEMBER.

VI. S. Magni Abbatis. <i>femid.</i>	37
IX. S. Corbiniani Episc. & Conf. <i>femid.</i>	37
XVIII. S. Josephi a Cupertino Confels.	
<i>dupl.</i>	40

XXII. S. Emmerami Episcopi Mart. <i>dupl.</i>	
<i>cum Commem.</i> SS. Mauriti & Socio-	
rum Mart.	42

OCTOBER.

Die VII. Octobris Festum Translationis	
S. Wolfgangi Episc. <i>dupl.</i>	44
IX. S. Dionysii & Soc. Mart. <i>dupl.</i>	46
X. S. Ludovici Bertrandi Conf. <i>dupl.</i>	
<i>Comm.</i> SS. Gereonis & Soc. Mart.	46
In Cathedrali Ecclesia SS. Gereonis &	
Soc. Mart. <i>dupl.</i>	47
XII. S. Maximiliani Episc. Martyris.	
<i>duplex.</i>	48
XIII. S. Colomanni Mart. <i>femid.</i>	48
XVI. S. Galli Abbatis. <i>femid.</i>	50
XX. S. Joannis Cantii Conf. <i>femid.</i>	50
XXI. S. Urfulaë & Sociar. Virg. Mart.	
<i>duplex, cum Comm.</i> S. Hilarionis Ab-	
batis.	51
XXIII. S. Petri Paschalis Episc. Mart.	
<i>dupl.</i>	54
XXV. SS. Crispini & Crispiniani Mart.	
<i>femid. cum Commem.</i> SS. Chrysan-	
thi & Darie Mart.	54
XXXI. S. Wolfgangi Episc. & Confels.	
<i>dupl.</i>	54

NOVEMBER.

Dominica prima Novembris Festum Pa-	
trocinii B. V. M. <i>dupl.</i>	55
VI. Comm. S. Leonardi Abb.	55
VII. Octava S. Wolfgangi.	55
XIII. S. Stanislai Kostkaë. Conf. <i>dupl.</i>	55
XV. B. Alberti Mag. Ep. Conf. <i>dupl.</i>	57
XVI. S. Florini Presbyt. Conf. <i>femid.</i>	
<i>cum Comm.</i> S. Othmari Abb.	57
XXVII. S. Virgili Ep. Conf. <i>dupl.</i>	58

DECEMBER.

IV. S. Barbae Virg. & Mart. <i>dupl.</i>	58
XIII. S. Lucie Virg. & Martyr. <i>cum</i>	
<i>Comm.</i> S. Otilie Virg.	58
Missa de Venerabili Sacramento.	59
Missa de Commem. Immaculate Conce-	
ptionis B. V. Mariæ.	59
Missa pro gratia bene moriendi.	61

FINIS.

^mFl 847 ^r
—

4^o



VD18





PROPRIMUM
MISSALIS RATISBONENSIS,
UNA CUM FESTIS NOVIS
JUSSU & AUTHORITYATE
REVERENDISSIMI AC CELSISSIMI

DOMINI DOMINI

PHI CONRADI,


BRISINGENSIS ET RATISBONENSIS

INI ET PRAEPOSITI

BERCHTESGADENSIS,

R. I. PRINCIPIS,

RECOGNITUM.



ANNO DOMINI MDCCXCVI.

N. BAPT. ROTTERMUNDI, AUL. ET EPISCOP. TYPOGRAPHI.

